per se recognitam pecuniam tenetur et debet. Quam quia summam sub-
scriptam Octingentorum florenorum pol. idem recognoscens Nobilis Ada-
mus Bal Vexillifer Terrae Praemisliensis se ac suos successores in et
super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecuniariis quibusvis habitis et habendis
eidem Nobili Stanislao Lapinski eiusque posteris inscribit et obligat
quam hinc pro die et Festo Conversionis Sancti Pauli Apostoli
proxime et immediate venturo paratam pecuniam dare solvere redde-
re ac coram officio praesenti Castrensi Praemisliensi realiter et in effectu
reponere et relinquere, repositamque et relictam rursus ab eodem officio non
prohibere neque arrestare vel quovis alio modo levandam illius
impugnare. In defectu vero per se recognitam summam praefatam
Octingentorum florenorum pol. pro tempore et loco superexpressis Sta-
nislao Lapinski creditori suo persolutionis, extunc idem recogno-
scens Adamus Bal Vexillifer Praemisliensis debebit et tenebitur ut
se ac suos successores in et super bonis suis generaliter omnibus ac summis pecu-
niariis quibusvis habitis et habendis eidem Nobili Stanislao
Lapinski eiusque posteris inscribit et obligat praesentibus realem intromissio-
nem et actualem faciendamque possessionem in bona sua generaliter omnia hae-
reditaria et obligatoria mobilia et immobilia summasque quasvis pecuniarias
habitas et habendas in crastino diei solutionis eiusdem summae assi-
gnato sine strepitu iuris et gravaminis, eo nomine ab eodem Nobili Lapin-
ski vel eius posteris per Ministerialem et Nobiles praesentibus ipsi ad id
additos officiose requisitus fuerit dare et libere admittere. Da-
tisque et admissam tamdiu tenere et usum fructum eorum bonorum
suorum modo et iure per suas quascunque submissas et subor-
dinatas personas non impedire nec in ditione vero iam eundem Nobilem
Stanislaum Lapinski creditorem suum eiusque posteros ab omni et qua-
vis impetitione iuridica quarumcunque personarum sexus status et
conditionis cuiusvis existentium in omni iudicio et officio Regni
exonerando toties quoties opus fuerit evincere eliberare defendere et
eliberare indemnemque, cum posteris reddere. Nec non bona prae-
fata per se recognoscentis in possessionem eiusdem Nobilis Stanislai La-
pinski creditoris sui tradita ab omnibus in genere iuribus et in-
scriptionibus quibusvis prioribus et posterioribus per se recognitam in eisdem
bonis suis levisiam personam facere et faciendam. Tum citationes qui-
buscunque in eandem summam importata et importanda, lucri denique et
perdendi ac processibus iuris quibusvis in eisdem bonis suis
perducta et perducenda in quovis iudicio et officio Regni obtenta et
obtinenda evadere et eliberare mandatque et liberam semper facere et
reddere eundemque creditorem suum et ipsius posteros tam per se quam
per suas quasvis submissas et subordinatas personas quovis modo in
dictis bonis per ipsum possidendis nec inquietari nec inturbare.
Ita ut idem Nobilis Stanislaus Lapinski creditor suus bona eadem
sui recognitis in effectu omnia cum omnibus utilitatibus fructibus proventibus
et redditibus commoditatibus et emolumentis quibus attinentiis et pertinentiis eorum
generaliter universis

generaliter universis nullis exceptis toto tempore tenutae suae quiete et paci-
fice suis cum successoribus in summam praedictam Octingentorum florenorum
modo et titulo obligatorio tenere habere et possidere illisque et
tali tenuta frui queat et possit usque ad legitimam sui de bonis eisdem exo-
nerationem summaeque praefatae Octingentorum florenorum pol. totalis et in-
tegrae plenariam et realem sibi persolutionem. Quae omnia
et singula idem recognoscens Nobilis Adamus Bal facturus et
adimpleturus est seque ac suos successores ad eadem omnia complenda
inscribit et obligat sub vadio simili suprascripta, simili aliorum praeter
Octingentorum florenorum pol. per eum recognitum et ipsius posteros
praedicto creditori suo et ipsius posteris ob non completionem promissorum
omnium et singulorum tam in toto quam in partibus quoties opus fuerit
ad solvendum succumbendo. Pro quo quidem vadio non promisso ad
solvendum sic et re aliqua privati ex praemissis non completis com-
plenda literarum praesentium memoratus recognoscens Nobilis Adamus Bal Vexil-
lifer Terrae Praemisliensis vel ipsius posteri ad instantiam supraspecificati
Nobilis Stanislai Lapinski vel eius posterorum ad terminum praesentis Castri
Capitanealis Praemisliensis extunc recessu suscepto qui ad id quandocunque spe-
cialiter mediante citatione coram eodem praesenti officio Castrensi in primo terminorum
tradendo peremptorio stare iuri parere respondere vadium tractum in re-
cognitionis huius satisfacere ac omnia indicatum facere debebit et tene-
bitur seque ac suos successores ad eadem omnia inscribit et obligat. Manda-
timum et alios praefatos extunc consequendo causam eiusdem termini ten-
peremptorio contra infirmitate, praesentia, minorennitate, successione le-
gitima intra vel extra Regni servitio militari ad munimen ad cui-
torem vel aliis quibusvis dilationibus et legalibus impedimentis non diffe-
rendo ad quietationem ultra praesens officii ipsius tam terminos dilationum
sibi non recipiendo, nullasque motiones et obligationes exceptionesque faci-
endo ac omnia omnino simplicibus vel cum specialibus evasionibus
suspensionum, cautelis, literis protectionis Terrae bello convocationeque
et salvis etiam suis attestationibus de defensis non evadendo nec quovis
modo subterfugiendo hac sua se per recognitionem in omnibus effectibus mediam.

Actum in Castro Praemisliensi Feria Secunda post Dominicam Cantate proxima Anno Domini 1636

21/IV 1636

Skorgiewscy Coniuges Zolobickiem Coniugi Roborationem Recognoverunt

Comparentes personaliter coram officio actisque praesentibus Castrensibus Capitanealibus Praemisliensibus
Nobiles Stanislaus Skorgiewski et Barbara coniuges legitimi,
postissimum coniux cum eiusdem mariti sui uti tutoris coniugalis
... et utroque ad infrascripta recognoscenda consensu ... sani mente
et corpore existentes ... quibus

Drozdowski Fri primo Obligat